CVM SERENISSIMVS PRINCEPS ALBERTVS Eboram ex itinere inuiſeret.

Epigramma.

EXultent Eboræ campi, noua gaudia ciues
Concipiant, feſtum concelebrentq́ diem:

Nam Princeps Albertus adeſt clariſsima regum
Progenies, generis lumen, honosq́ ſui,

Tempora cui roſeo fulgent radiata galero,
Et nitet in niueo plurimus ore decor.

Lyſiadum gentis nimiò qui captus amore,
Saturni nobis ſecula reſtituit,

Egit enim virtute ducem, pietate parentem,
Cenſorem exemplo, conſilioq́ ſenem.

Fœlices populi, quos eſt aditurus, & vrbes,
Queis dabitur tali principe poſſe frui.

Auctore Iacobo Menœtio Vaſconcello
nomini, celſitudiniq; eius
addictiſsimo.

CVM SERENISSIMVS PRINCEPS ALBERTVS Eboram ex itinere inuiſeret.

Epigramma.

EXultent Eboræ campi, noua gaudia ciues
Concipiant, feſtum concelebrentq́ diem:

Nam Princeps Albertus adeſt clariſſima regum
Progenies, generis lumen, honosq́ ſui,

Tempora cui roſeo fulgent radiata galero,
Et nitet in niueo plurimus ore decor.

Lyſiadum gentis nimiò qui captus amore,
Saturni nobis ſecula reſtituit,

Egit enim virtute ducem, pietate parentem,
Cenſorem exemplo, conſilioq́ ſenem.

Fælices populi, quos eſt aditurus, & vrbes,
Queis dabitur tali principe poſſe frui.

Authore Iacobo Menœtio Vaſconcello
nomini, celſitudiniq́ eius
addictiſſimo.